cti, aut qui appensi in fisca peruerunt, ceteriq̄ quoq̄ sepulta nūl
quam fuere corpora. Verum quia ut plurimum quomodo cuncte
mortuō corpora ſepeliuntur nonne & ſingulos uoluit dñs intelligi,
per eos qui ſepultura non caruerūt. Omnes itaq̄ per Christi uer
bum ſunt morituri. Quod etiā p̄tendit manifeste ſubiungens: Et
procedent qui bona fecerunt, in resurrectionē uitæ: qui uero mala
egerunt, in resurrectionē iudicij. Per id autem quod dicit, uenit ho
ra, non horæ: & audiēt uocem, nō uoces: euidenter docet christus
omnes ſimile eodem temporis momento, eodēq̄ & unico tuba clan
gore ad iudicium euocādos, de q̄loquente Augustinū audiamus.
Quærer, inquit, ſolet, propter apostoli yba, quibus ait: Nos qui uiu
imus, qui relivid sumus in aduentu dñi, &c. utrum illi quos hic uiue
tes inuenturus eſt christus quoq̄ perfonā in ſe atq̄ illis qui tunc ſe
cum uiuebant: transfigurabat apostolus, nūq̄ omnino moritū ſunt:
an ipso tēporis puncto, & cum resurgentib⁹ rapientur in nubibus
obuiā christo in aera, ad immortaliitatē per mortē mira celeritate trā
ſibunt. neq̄ enim dicendum eſt fieri nō poſſe, ut dum p̄ aera in ſubli
me portantur: in illo ſpatio & moriant & reuiuiscāt: Qod enim ait
Et ita ſemp̄ cum dño erimus: nō ſic accipie dūm eſt, tanq̄ i aere nos
dixerit ſemp̄ cum dño eſſe māſuros, quia nec ipſe utiq̄ ibi manebit:
quia venies trāſiturus eſt inueniente q̄ppe ſbitur obuiā, nō manebit, ſed
ita cum dño erimus. i. ſic erimus ſemper h̄ntes corpora ſempiterna,

Cap. 14
Lib. mora. 12
cap. 7.
1. Cor. 15.

Ioan. quinto

H

I
Lib. 20. de et
uit. cap. 20
1. Tefl. quar.

Ibidē

G



1. Cor. 15

Genea.

1 Cor. 15

I. Cor. 15
Ibidem.

cap. 3. parte
operum, 10

Natalis Beda in Iacobi Fabri Commentarios.

ubicunq; cum illo fuerimus. Ad hunc autē sensum, q̄ exsistamus etiā illos quos hic uiuos inuentur⁹ est dñs, in ipso parvo spatio & paſſuſoſ morteſ & acceptuоſ immortalitateſ ipſe A poſtoloſ nos uidet urgere ubi dicit. In Christo oēs uiuificabuntur. Cū eodē loco de i- plā loquens resurrectione corpore dicat. Tu quod ſeminias uō uiuificatur, niſi prius moriatur. Aut ſi non recte dicimus ſeminari, niſi ea corpora hominū, que moriendo quoquo modo conuertuntur in terram ſicut ſeſe habet etiā illa in transgreſſorem patrē generis hu- mani, diuinitus prolata ſententia: Terra es. & in terram ibis. Faten- dum eſt iſtis, quos nondū de corporibus egreſſoſ cum ueniet Chri- ſus inueniet. & iſis uerbis apostoli, & illis de Genesi non teneri. q̄ ni- tam ſurūm in nubibus rapti non utiq; ſeminantur: quia nec eunt in terra, nec redeunt ſiue nullam prorū experiantur mortem, ſive paululum in aere moriantur. Sed aliud rursus occurrit, quod idē di- cit apostolus, cum de resurrectione corporis ad Corinthios loquere- tur. Omnes refugemus uel ſicut alii codices habent: Omnes dormi- emus. Cum ergo nec reſurrecțio fieri poſſit, niſi mors p̄ceſſerit, nec dormitionem poſſumus illo loco intelligere niſi mortem: quo mo- do omnes uel dormient uel reſurgent, ſi tam multi quos in corpore inuenturū eſt Chriſus: nec dormire, nec reſurgent. Si ergo sanctos qui reperienſ Chriſto ueniente uiuentes, eiq; obuiam rapient, credi- derimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exitoruſ. & ad ea- deſ mox immortalia redituroſ: nullas in ybis apostoli patiemur an- guſtias: ſiue ubi dixit: Tu quod ſeminias non uiuificar, niſi prius moriāt. ſiue ubi dicit. Omnes refugemus, aut eis dormiemus. qanec illi p̄ immortalitatem uiuificabunt, niſi q̄libet paululū tñ aī moriant- ac p̄ hoc a reſurrectione non eruant alieni quāſi dormitio p̄cedet. q̄- uis breuiſima, non tamē nulla. Item in lib. de fide ad Petr. Erit (inquit) etiam iniq;oſ reſurrecțio, ſed ſine immutacione, quam fo- lis fideliſibus, & ex fide iuste uiuentib; daturus eſt. Hoc eſt enim qđ ait Apoſtolus Paul. Omnes quidem reſurgem⁹ ſed non omnes im- mutabimur. Oſtendens autē iustos diuino munere cōmutandos, ait & nos immutabimur. Habebit ergo iniqui cū iustis reſurrecționē carnis cōmūnem: immutacionis tamē gratia non habebunt, q̄ dabi- tur iustis: quoniam a corpori ſimpioſe noſ auſcreſ & ignobilitas & infirmitas, in quib; ſeminatur. Enſuis hic Auguſtin⁹ decretis, ubi

In Epiftolam primam ad Corinth. Cap. XV CXVIII agit de credendis, quia fide ad Petruſ eoꝝ multa firmat quae p̄ſcripsi- mus. Cæterꝝ & q̄ pro nobis aduersus Iacobi renouatas quae fuerat olim reiectaꝝ opinioneſ, cōſtanter & legitime dimicet alibi idem in- uitius ſidei defenſor Augustinus: accipe libro ſiquidē de eccliaſti- ciſ dogmatibus, alias de reguli orthodoxe fidei: ita ille ſcribit. Erat reſurrecțio omnium hominū: ſed una & inſimil & ſemel: non pri- ma iuſtoge, & ſecunda peccator⁹, ut fabula eſt ſomniator⁹: ſed una o- mnium. Hęc intueatur Jacobus, qui dixit. Tuba primo elector⁹ re- ſurrecționem clangeret, deinde reproboſ & Augustinoſ iudice (qui non creditur plerūm in ſeneſtate a p̄is fidelibus, de re qualibet te- mere ſententiam tulisse) ſabulosum ſeſe ſimiſtiliter recognoscet: & qđ trebro non iniuria imponimus illi ſi omniatorem. Addidit p̄terea in libro eodem pro nobis decertans Augustinus, & dicit. Omniū ho- minū erit reſurrecțio ſi omnium erit ergo omnes moriuntur. ut mors ab Adam duc̄ta, omnibus filiis eius dominet: & maneat illud priuilegium in dñi, quod de eo ſpecialiter dicit: Non dabis ſanctum tuū uide corruptionem. eius enim caro non uidit corruptionem. hec Auguſtinus. Que profecto maximū uidentur pondus habere: cum p- ea retractet ſi ſup his iūnior fecus alioq; ſapuerat. Si aut̄ Iacobi aſſer- tio recipere, qua tradit, in ſæculi fine quos ueniens ad iudicium vi- uentes inueniet Chriſus, ſine morte ad gloriam (ſi pie uixerint) immu- tandos non tantum illo gaudenti priuilegio, de quo loquitur Auguſtinus, pro Chriſto zelans, de q̄pri æternō p̄ ſanctā David ſpūs fan- dius enunciari fecit, dicens: Nec dabis ſanctum tuū uide corrui- ptionem. Quod quidem de Chriſti corpe eſſe proprie dictum nul- lis inficiari ualeat: quando illud ſpiritu ſancto repletus apofologo uer- tex Petr⁹ definitur eſt in actib; apofolorum. Nonmodo, in- quam, hoc donati eſſent priuilegio, quos ueniens ut iudex Christus uiuos adhuc competeret, ſi temporale non gueſtent mortem: ſed & multo excellentiori q̄ donatus fuerit ipſe, aut eius ſancta mater, uel aliorum p̄cedentium quicquam ſanctoſ, hoc eſt, noſ experiri mor- tem. Neq; Iacobum poteſt iuſtificare, quod Auguſtinus ab hereticiſ quodſdam, qui, inquit, aliter ſentiebant, pro ſua clementia excuſare uideuntur. quod apparetur clarius: ubi ſuper hoc negocio differentem audierimus Hieronymum. Is etenim pulſatus aliquando a Minerio & Alexandro monachis, quos percharoſ habebat, ut illis qui pro-

Capi. 6. pat-
ne op 10

Capi. 7
Pſalm. 15
Actuū. 2

Cap. 2.

G h

Natalis Beda In Iacobi Fabri Commentarios.

pter apostoli uerba de resurrectione futura, ac iudicij mō. ortas q̄stiones inter se metipos multas uidebāt, quas dissoluere nequibant, ut eiusmodi aperiret & refloqueret difficultates: post aliquantā dilatationē per epistolā satias faciens, tandem ad omnia respondit. de qua quidē nō nullā huc citabimus ex plurimis: q̄ sit esse illa existimamus. Ait ergo Hieronymus in p̄fata ep̄fola, q̄ incipit. In ipso tā profectiōis articulo fācti frātris, &c. ad ipsos monachos. Queritis quo sensu di cūm sit, & q̄d in p̄ma ad Corinth. ep̄fola Pauli apostoli sit legēdum: Omnes quidē dormiemus; non aut omnes immutabimur. an iuxta quidē exemplaria: Non omnes dormiemus: omnes aut immutabimur. Ecce uerbū quod mō ecclesia Iacobus retulit: At vnde il-

Quid habuerit, & q̄ iuste pro rato id ipsum recipiens nobis tradiderit: nos Hieronymus doceat. Vtruncq; inquit, in grācis codicibus inuenitur. Super q̄ Theodorus Heracleotes, quaer vrb̄ olim Perinthus vocabatur, in cōmentariolis apostoli sic locutus est. Omnes quidē non dormiemus: omnes autē immutabimur. Enoch enim & Helias mortis necessitate superata, ut erant in corporibus, de terrena cōversatione ad coelestia regna translati sunt. Enī Enoch & Heliae translatiōne, Theodori q̄ rectū sit iudicium videas. Addit tā dicens. Vnde & sancti, qui die consummationis atq; iudicij in corporibus reperiēti sunt, cum alijs sanctis qui ex mortuis resurrecti sunt repentient in nubibus obuiam Christo in aera, & non gustabunt mortem: erūtq; semper cū dño, grauissima mortis necessitate calcata. vñ ait apostol. Omnes quidē non dormiemus: oēs autē immutabimur. Hæc & plura multa ex Heraclio Theodoro B. refert Hieronymus. quæ propterea dimitto, q̄ per ista satis constat ad Iacobi Fabri manus uicq; Theodori grāci peruenisse codicē. quo offenso, quæcunq; prius cum ecclēsia catholica sapuerant, illi prorsus vīla sunt iessuſa, aut qualis facta. Athanafii, Ambrosiū, Hieronymiū, Augustiū, & Gregoriū, cū tota doctrina multitudine ueluti insipido ex puitvni Heracleotæ adherere deligens: q̄ ille ut seru singularis p̄ non tritas incedebat vias. Qualis ille tā fuerit, non p̄sumo diffinire: qui alius de eo certū non habeo, præter id quod in lib. de uiris illustribus, literis idem mandauit Hieronymus, ita inquiens. Theodorus Heracleotæ Thraciarum ep̄fopus, elegantis apertiq; sermonis, & magis historiæ intelligentiæ: edidit sub Constantino, ut putat,

Partepist. 2. epi. 26, &
Rom. 4. mi
hi fol. 83

In Epistolam primam, ad Corinth. Cap. XV CXIX secundo principe, cōmentarios in Matt. & in Ioān. & in Psalterium & in apost. Hæc Hiero. p̄ que magis illum historia scientē q̄ theologie satis innuit. Vnum enim puto illorū, quos q̄a in ea quā agitamus Pauli sententia errabat, pro sua benignitate excusat Aug. Sed ad Hieronymiū redēam ep̄folā, post yba siqdēm Theodori, quoq; S citoautus partē, aliorum etiā sup ipso apostoli ybo sententiā assert, & primo Diodori, dicens. Diodorus Tharsensis ep̄s p̄terito hoc capitulo, in cōsequētibus breuiter annotauit in eo quod scriptū est: & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. Si inquit incorrupti resurgent mortui: haud dubiū quin & ipsi ad meliora mutati. Quod necesse fuit dicere, & nos immutabimur: an in hoc uoluit intellegi: incorruptio cōs sit omniū, imutatio autē proprie iustorūdum nō solum incorruptionē & immortaliitatē, sed & gloriā consequit̄: hec & Diodori sunt recte. Dein paucis Apollinaris (quē puto La odicenēm hec resiarchā fuisse: contra quē scripsit Ambro.) sententiā qua etiā de Enoch & Helia, cum Theodoro sapuisse tradit Hieronymus, recitata: scribit Dydimū Origenē secutū, ita de apostoli q̄ ad resurrectionē ybo cōfuiſſe. Si nō indigeret resurrectio interprete, nec obscuritate haberet in sensibus: nunq; Paulus post multa quoq; de resurrectione locutus est, intulisset: Ecce mysteriū uobis dico. Oēs qđem dormiemus, id est moriemur: nō omnes autē, sed soli sc̄i immutabuntur. Scio q̄ in nonnullis codicibus scriptū sit. Nō qđem oēs dormiemus: autē immutabimur. Ecce Theodori & Apollinaris, quā est secut̄ Faber, traditio. Sequit̄ cōtra eā ex Dydimō post Originem Hieronymo referente. Sed cōsiderādum, an ei quod p̄ missum est. Omnes immutabimur, posuit cōuenire quod sequit̄: Mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Si enim omnes immutabunt̄, & hoc cōmune cū ceteris est: supst̄uum fuit dicere, & nos immutabimur. Quāobrem ita legendū est. Oēs qđem dormiemus: nō autē omnes immutabimur. Si enim in Adā omnes moriuntur & in morte dormitio est: omnes ergo dormiemus sive moriemur. Dormit autem iuxta idioma scripturarum, q̄ mortuus est: p̄e resurrectionis futuræ. Cungū omnes ita dormierint lege natura soli sc̄i in corpe & anima in melius mutabuntur: ita ut incorruptio om̄i resurgentium sit gloria autē mutatio, proprie sc̄torum. His p̄ Hieronymum positis & probatis, p̄ que plane Iacobi & Theodori V

G iii

Natalis Beda in Iacobi Fabri Cōmentarios

arq; Appollinaris dānata cōspicitur opinatio: procedens ad alterū, scilicet ad articulū tpi q̄ futura est rēlūrēctio celebrāda, palā Iacobī cogitatiō aduersans, & quod ex Aug. p̄mūlū corroborās, Hieron. ait. Quādo dicit dñs p̄ apōst. scilicet in puncto tpi & in motu aliq; atq; momento futurā oīm rēlūrēctio nē, cunctā primā & se-
cundā rēlūrēctionis fabulā excludit: ut alij primi, alij nouissimi re-
surrectiōi esse credant. Ecce quod Fabro (quoniā fabulosos & som-
niorū authores imitatis sit dicens, Tuba sōno primo rēlūrēctionē
electorū & celebrandā reproboz postmodū) ex Aug. obieciūt: plus

X fatis per b. Hieronymū firmatū est. Item & ex Achatij Cæsareā in Palestina episcopi sententiā, subne cit etiā Hiero. Achatius, ingr., collectarū quæstionū libro hanc sibi proponens quæstionē latus disputauit sic locutus. Dicam primū de eo quod magis in plurimis codicibus inuenitur. Ecce mysteriū dico uobis. Omnes quidē dor-
niemus: non omnes autē immutabimur. Mysterium dixit, ut attē-
tiores faceret audtores, de rēlūrēctione plenius disseratur. Dor-
niō ait mortē ita quæ cōmuniſt eō significat. Vnde rectissi-
me posuit, q̄ omnes dormiemus, id est moremūr: sicut supra dixit.
Quomodo in Adā omnes moriuntur: sic & in christo omnes uiuī
cabuntur. Cum ergo omnes morituri sunt: audite sacramenta q̄
dico. Omnes quidē dormiemus: sed non omnes immutabimur. Ca-
net enim tuba (chaud dubiū quin angelus septimus): & mortui resur-
gent incorrupti. Si autē incorrupti erunt mortui: quomodo non im-
mutabuntur: cū incorrupti ip̄a mutatio sit. Sed hæc cōmutatio, q̄
Paulus mutādūs & sancti sunt: gloriificatio intelligitur. Incorruptio
autē idcirco cōmuniſt omniū, quia in eo miserabiliores erunt p̄cō-
res, ut ad tormenta ppetui sint, & non mortali & corruptibili corpo-

Y re dissoluantur. Legimus in eadem epistola apostolo differēte secre-
tā diueritatē rēlūrēctiois, nō in natura corporū, sed in varietate glo-
riæ: dū alij resurgent ad pecnas ppetuas: alij ſt̄o ad gloriā ſempiter-
nā. Alia enim caro uolatiliū, alia p̄ſcū, alia iumentog: & corpora cœ-
leſtia, & corpora terrena. Sic, ingr., erit & rēlūrēctio mortuorū. Cui
sententiæ magis acquirescit ecclēsia: ut omnes cōmuniſt morte moria-
mur, & nō omnes mutemur in gloriā: iuxta illud quod Daniel scri-
bit. Multi dōrmientes in terra puluſre resurgentiaſ in gloriā eter-
nā: alij in confusione & opprobriū ſempiternā. Qui enī resurgent

In Epistolā ſecundā ad Corinth. Cap. XV

CXX.

in opprobriū & confusione ſempiternā ſurgent in æternā glo-
riam: in quā Paulus & qui cū eo ūnt, mutabuntur. Que cum ita ū-
habent, ſic intellecta ūnt a nobis, ut dicamus eos tūtū cōmutationē
nē ſuſcipere qui refurgent in gloriā peccatorū aut & qui mortui in-
fideliū appellātur, & relurgēt incorrupti, nequaq; cōmutationē, ſed
pecnas ppetuas eſſe dicendas. Exiftim autē Achatius dixiſſe iſtud ſci-
licet hadi dubiū quin angelus septimus: quoniā ita in apocalypſi le-
gimus. Tempus nō erit amplius: ſed in diebus uocis ſeptimi angeli
cum cooperit tuba canere, cōſummatibit mysteriū dei &c. Pofflon
gā deniq; ſup alterius literæ intelligentia diputationē, in qua tamē
q̄ uō corporaliter moriār: nequaq; admittitur (quod eft praefen-
tiū noſtri corporis laboris ſta ūt claudens ſermonē) Hoc autē, ingr., ſci-
endū, q̄ magis cōueniat ueritati, ita legere. Oēs quidē dormiemus:
nō omnes autē immutabimur, maxime quia ſequitur: Mortui refur-
gent incorrupti, & nos immutabimur. Si enim omnes ſunt immutabili-
tandi iuxta alterā lectionē: quomodo poſtea dicitur, quāſi p̄cipiū
atq; priuatū & proprieſtati apostolorum, & nos immutabimur? Quādo
dicit nos: ſanctos quoq; ſignificat. Sic ex Achatio Hieronymū. Ex
omnibus autē quae huic comportauimus, lectores ferant iudiciū,
recte ne an erronee ac ſchismatice & impie, in tribus illis quae anno
taūimus aſteris, ſapuerit Iacobus.

Apo. 10
Z

ANNOTATIO

nēs in cōmentariis Iacobi Fabri ſuper ſecundā beati Pau-
li ad Corinthios Epistolam.

¶ Qui ante regenerationē ſecundum uirtutes uiueret, & uitia o-
mnia declinaret in nomine ſecundum ſpiritu muiueret, nequaquam.
¶ Nulli potest ſpūs donari ante regenerationē: id eft baptiſtūm.
¶ Virtutes in homine ante regenerationē, id eft baptiſtū ſuſcepti
onē, ſpirituales non ūnt: ſed morales, ſed humanae, & quales philo-
ſophi prædicant, non quas ſancti theologi célébrant. Sequitur. The-
ologos appello Petrum, Paulum, Ioannem, reliquos apostolos: inſi-
gnes eorum dīſcipulos Dionyſium, Hierotheum, & ſimiles.

Pro. 120.
Cap. 5

Pro. 121.

Pro. 122.

Natalis Beda in Iacobi Fabri Comentarios.

A

Quæ in his non sana cōplexus est Iacobus sicut paucis refellēdā, q̄ in superioribus fatis mōstrasse nos putam⁹, quænā uere dici queant ȳtutes, & quæ secus se habet in primis euidentē inuoluit pugnantia, quempia ſecū dū ȳtutes uiuere, omniaq̄ declinare p̄t̄. & nō eē deo gratia ac unitū fidem, ſpem, & charitatē, quas qđem ſc̄ias & adſa- liūt̄ uere neceſſarias ȳtutes, & infuſe alia ut nō citra pietatē mul- ti doctoř tradunt (comitatur ſemp). Tritum eſt enim Augustini do- cumentum. & ab oib⁹ idcirco receptū, q̄ in fidei lumine ſit notum quia nullū eſt dabile mediū inter filios regni & perditionis, quod eſt dicere: ſecundū legem quā deus homini dedit, hæc firma cōnexio ē. Homo iſte (quolibet mōſtrato, ſiue iufto, ſiue alio) oia uitia ſeu p̄t̄ (uitia etenim nomē & habitus criminofos ſignat & actus) daclina- uit, nō peccauit igitur; aut ſi de p̄ſenti maiori: oia iā declinat uitia; ergo nunc nullū uitium habet ſeu peccatum, quod imputari ei poſſit. Qui aīt in nullo eſt criminali p̄t̄o neceſſario theologas habet ȳtu- tes, neq̄ patitur iſtud conſequiū iſtitūtā. Qui aīt fidei, ſpem, & chari- tam habet: certiſſimi eſt eum ſecundū ſp̄m uiuere. Cū aliud nō eſt ſecundū ſp̄m uiuere, q̄ dei mādata ſeruādo nullū admittere uitium. Seſe iſiſ hæc duo Iacobī dogmata p̄mitunt ſecundū ȳtutes uiuere ſic ut oia declinatur uitia; & nequaq̄ ſecundū ſpiritu uiuere, poſito enim altero: alterū non remanere neceſſariū oīno eſt. Quod uno q- dem ȳbo docet beatus Petrus dicens. Ut peccatis mortui, iuſtitia uiuamus, mori enim p̄t̄o: eſt omne declinare p̄t̄um. Qui ergo ui- tio caret: iuſtitia uiuit, ſecundum ſpiritum nō ſecundū carnē uiuit. Et hoc apte p̄fē tradit Paulus Rom. ſcribens. Debitorēs, inq; ſu- mus, non carni ut ſecundum carnē uiuam⁹. Si enim ſecundum car- nē uiixeritis: moriemini. Si aīt ſp̄m facta carnis mortificaueritis: uiue- tis. His clare cōſtat, quia q̄ oia carnis uitia declinat: ſingula eius fa- cta mortificat, qui uero eiusmodi eſt ſecundum ſpiritum uiuit. Per ȳtutum ſiquidem moralium aītus (dirigente eos ſide uera) omnibus reddit homo debita. Non enim iuſtus eſt ſimplicerit: q̄ aut deo, aut proximo, uel ſibi quod debet non p̄fāſt. Qui uero non facit, om- nia non declinat uitia. Qui uero omnibus quod, debet reponitſi- ni propter quē christi gratia nobis monſtrata eſt, ſeſe coaptat: ſecun- dum ſpiritum uiuens: ap̄ſtolo dicente Tito chartifimo filio. Appa-

I. petri, 2

Roma, 8

In Epistolam ſecundā ad Corinth. Cap. V CXXI

Ad T. ca. 2.

ruit gratia dei ſaluatoris nři omnib⁹ hoib⁹ erudiens nos, ut ab negati- vites imp̄petatē & ſecularia deliſteria, ſobrie, quo ad nos, & iuste q̄ iusto ad proximos) & pie, quo ad deū, uiuamus in hoc ſeculo. Qñ itaq; do- cer Iacobus, licet errorē: ut mox aperiemus, nullū ſp̄m lancū pot- fe dari, prius q̄ realiter baptiſmo ſluminis, id eſt, per aquæ infinitiōē cū ecclesiæ a christo data formi, ſit regeneratus: qua admittit cōſide- ratione, quempia ante hmōi baptiſmi perceptionē ſecundū ȳtutes ita poſſe uiuere, ut omnia declinet uitia: quod eſt, ut mōſtra uiuimus, nullū habere capitale peccatum. Qui autē nullo detinetur crime: amicus eſt dei. Porro peccata duxtant nos de iñimicos confitūt: ſcriptura feret per omnes hoc clamante paginas, unde aplūs. Libera- Rom. 6 ti, inquit, a peccato, ſerui autē facit deo: habetis fructū ueſtri in San- ctiſiſiōne, &c. Et dñs: Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Per Eſaiā autē uerbo generali dixit ſp̄s dei. Iniquitates ueſtri diuiderunt inter uos & deū ueſtri: & peccata ueſtri abſconderunt facie eius a ueſtib⁹. Hinc & in prima canonica loānes, Filioi mei hæc ſcribo uo- his, ut nō peccetis. & rursum: Ois q̄ i deo manet, nō peccat, & ois q̄ peccat, ex diabolo eſt. Iam omnino ſcripturis & rōni contrarii eſſe quod dixit Iacobus, ſp̄m dei non poſſe cuiq̄ dari ante baptiſmi p- a- quam ſuſcepſionē: paucis eſt aperiendum. Principio inſiciari nullus niſi inſidelis poſteſt, quod in theologie ſchola pro constanti recepi- tū eſt, ſelicit clementiſſimum dñm mīnime hominē ad id quod ei p̄ro hac mortalitatis uia impoſſibile eſt, obligare, quin & cuilabit agenti quod ex acceptis aut naturæ aut gratia benefiçis ualeat, q̄tūlibet il- lis fuerit prius peccando abuſus) diuina nunq̄ deefit milericordi- am. Pone ergo quemlibet inſidelium aut Iudeorū uel Saracenorū, aut ab ecclesiā alia quauis diuīlium ſeſta: q̄ ex dei libi data oratione co- gnoscere incipiat dēmonis ſp̄m detinetur fallacias: quod immu- ris datum eſt. & illas exofis, toto corde, anima tota, omnīq̄ uitrite conuertatur ad unum & uerum deum, omnē deteftans nequitiam, dansq; operā ut Christianos qui eum inſtruant in Christi legis rudi- mentis, illiq; milericorditer impendant, quicquid nouit: quam ran- topete cupit) religione opus eſſe dicuerint. Quibus non inuen- tis, & in tali perfidensi ſuerte animi, ſi obeat: num illi peccatorum quod conceperat odium, desiderium inſuper efficax in omnibus ob- temperandi Christi legibus uiuētiſ, nifili illi proderunt? Abſit ita

H

Ioan. 8
Cap. 59.

Cap. 2:

D

cap. 5,

Natalis Beda In Iacobi Fabri Commentarios.

ut sapiat quisquam. Alioquin duo illa in homine tali concurrerent impias scilicet qd ad impossibile libi sub peccati noui teneretur pena; qd non omni facient quod in se est, daret deus suā gratiā, quā refūgit & exercitat quisquis recte sapit in fide. Non certe poterit suis adiumentibus nouis Iacobus abolere flaminis baptis̄mum quem pie scripturis credentes (prout debent) omnes astruunt & tuerunt theologi. Quia tamen illis non assentitur Faber: per historias ab eccl̄esi, omni remota dubitata recepta, id cōprobandum est. Per ea certe fuisse homines constat, quibus tantā dñs consulit fidei, spei, & dilectionis sui seruorem ante baptisma fluminis (de quo loquitur Iacobus) ut tormentorum genus omne malleant, mortemq; corporalē perferreiq; talium gratiā & donatorem deum negare aut offendere. Putas secundum spiritum qui tales fuerint non uiuere? Nōne spiritu deiū genus homines pleni erant? quis ambigat? Hoc sane oīno & tenendum & credendum est: cum etiam hoc creditur de occisiōnē in fidei odium, prater eoz uoluntatem: ut (uerbi causa) de innocentibus Herodis crudelitate interemptis, quos & consimiles, pro sanctis colit eccl̄esia martyribus. Tales autem in numeri extiterunt: Quemadmodum sīdeles tradidit historie de ducentis illis militibus cū duce suo Porphyrio in passione diuī Catharina uirginis ad christi fidem conuerſis: & de illis quinquaginta rhetoribus & grammaticis, qui ad uerba sanctae uirginis tanto fuerunt fidei lumine illustrati, & dei accensi dilectione: ut tyrrano Maxentio diceret. Aliqd in Christi (de quo hac sacra loquitur puella) iurā dicere: aut penitus nescimus, aut omnino formidamus. unde constanter fatemur, quia nūl probabilitē lententia de diis quos usq; nūc colimus ostēderis: ecce oēs conuerterunt ad Christū. Que tyrannus audiens accēlo igne copioso, iussit oēs penalibus incendīs cruciari: quod repēte factum extitit: & ita de infidelitate ad idolatria, breui p̄ flammis momento ad gloriam transierunt. De sancta Emeritiana consimili modo legitur, qd dum adhuc catechumina, fidei christianissima erat: & stans orando apud B. Agneris (cui collactanea fuerat) sepulchre: qd infideles super eorum impietatis fortia animo redarguit: cōstater maluit pro Christo, cuius nondum exterius baptis̄mū coperperat lauacrum, honestā subire mortē, qd admittere unde illi offenderer.. Non est prateraignotū, a Christo de sacerdotū gēma dictū Mar-

an Epistolam secundam ad Corinthi. Cap. V. CXXII.
tino fuisse. Martinus adhuc catechuminus hac me ueste contexit qd ex quo iam sanctus plenus esset operibus, & diuinis uirtutibus: triēio tñ fulciper diffulgit baptis̄male sacramentū, quod p B. Hilariū Pictavensis episcopi manū cōsequi desiderabat. Referat profecto sunt paginæ talibus narrationibus: per quas omnino refellitur Iacobii assertio. Si tñ hui⁹ ḡis nō cedit probationibus: audiat quid de Gē H̄tilibus duobus viris, ac tib⁹ bellicis mancipatis, nondū Christianis exteriori professione, quā in baptismo celebratur: scriptū legimus. De altero, quippe quia a dño ad illius domum properanti, dixit: Domine nō sum dignus ut intres sub tecū meū: sed tñ dic ybo, & sanabitur puer meus. Nam ego homo sum sub potestate constitutus, h̄is sub me milites. Et dico huic, uade, & uadit. & alio, veni & uenit. & seruo meo, hoc fac, & facit.) Christus ipse sententiam tulit, quae eum uig. magnis uirtutū donis plenū indicauit. Eandē em̄ retulit S. euangelista Matthæus sententia his uerbis. Audiens aut̄ h̄ec Iesus, miratus est: & sequentibus se dixit. Amen dico uobis: nō inueni tantā fidem in Israēl. Et paulo post sequitur: Et dixit Iesus Cē turioni: V ade, & sicut credidisti, stat tibi: & sanat⁹ est puer ex illa ho-
ra. Maior sane fides qd Christus prædicas inuenierit uel in Andrea, Petro, Joanne, aut alio quilibet in hoc Gentili uiro sola esse nequiti⁹. Sperat utiq; in deo, dilexit illum, & coluit religionem quā nō tenebat, toto uenerabatur affectu. Nam & de illo (B. Luca referente) Christo dixerunt Iudei. Dignus est hoc illi praefes, id est, ei⁹ puer, & incolumenti restitus. Diligit em̄ gentē nostrā: & sinagogam ipse adificavit nobis. De alero eiusdem conditionis uiro, hoc est Cē-
turio Cornelio Gentili, nondū baptizatio in actibus apostolicis ī-
ta idem S. Lucas scribit. Vir aut̄ quidā erat in Cæfarea nomie Cor-
nelius, Centurio cohortis quæ dicitur Italica: religiosus, & timēs de-
um cum omni domo sua, faciens elemosynas multas plābi, & de-
precans deū semper. Is uidit in uisu manifeste quāsi hora diel nona,
angelū dei introuenit ad se & dicentē sibi. Orationes tuas & elemo-
synæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu dei. Et rufum.
Cornelius Centurio uir iustus & timens deū, & testimonium h̄is ab
uniuersitate Iudeorū responsum accepit ab angelo sancto. Age K
p h̄ac tenuonia, alias nō paucā scripturas sparfa, quā nullaten⁹
declinare Iacobus potest, si uideret damauant que hic asseruit, scilicet

Mat. 8.

Cap. 7

I.

Actu. 10.

K

H f.

Natalis Beda in Iacobi Fabri Commentarios.

neminem secundum sp̄m uiuere posse ante sacramenti baptiſtū matis perceptionem; q̄ nequit ips̄ sanc̄tū nū ſic regenerato dari, & de niq̄ q̄ uirtutes spirituales, id eft, quas ſanctū theologi celebrant, itidem eft nequeat nū in baptizato. Si profecto uerum dixit Faber; falſas pro ueris deus acceptauit in Cornelio uirtutes; quin & pro iuſis & meritiorib⁹ operibus peccata reputauit; quod plane blasphemū am redolet. Nepe Iacobus ſcripit, non baptizato ſp̄m ſanctū dari non poſſe; in nō baptizato ueras uirtutes (quas s. ſancti theologi celebrant) nunquam inueniri, & ecce, iudice Christo, in Centurione (q̄ virbi Capharnaum p̄terat) maior erat fides, q̄ in aliquo de populo Irael inueniſſet, alij comitata uirtutibus. Cornelio uero orationes & eleemosynæ ascenderunt, inquit angelus, in memoriam in conſequu dei, totaq̄ illius iustitia, quod eft: Deo placuerunt, & p̄ premio ei uifimodi digna decernit. Verbo igitur Christi omnino aduersum ē, quod Iacobus docuit: & proinde hæreticum. Quantum autem hal lucinetur, existimans in theologorum recētū ſchola de uirtutib⁹ moralib⁹ aliter diſſeri, q̄ ſancti theologi Petrus, Paulus, Iohannes, reliqui ap̄ſtoli, eorū inſignes diſcipuli, &c. docuerunt; vel mediocriter eruditis inde fit conspicui, q̄ doctores ſancti Thomās, Bonaventura, ceteriq̄ probati id genu magistri, quoniam refoluit, ſecondū ſcripturā facrā decretā pro uirib⁹ metiri ſtudēt, reſpuentes & dñantes, oīa, q̄ illi diſſona peruidere p̄t. Si aut̄ putat Iacobus (ceu ex eius uideatur p̄tendere sermonibus) de moralib⁹ uirtutib⁹ locutos nō fuisse ſanctos ap̄ſtoli, aut potius dei ſp̄m p̄ eos & prophetas, &c. plene eft & omnino a ueritate alienus: cū eorū ſcripture paſsim eſtierant prudētia, fortitudine, temperantia, & iustitia, eorūq; in particulari ip̄s. Et qm̄ non eft numerus locoḡ ubi de his agitur, ſat fuerit uiuū cum audire, in quo de ſingulis poenē ap̄ſtolorē Princeps locuſ est dicens. V. oīa aut̄ curam omnem ſubinferentes, ministrare in fide veſtra uirtute, in uirtute autem ſcientiam: in ſcientia aut̄ abſtinentiam, in abſtinentia aut̄ patientiam: in patientia aut̄ pietatem, in pietate aut̄ amore fraternitat̄: iī amore aut̄ fraternitat̄ charitate. haec p̄ leu. Quis ſi pro catholicorū doctoř explanationib⁹ perpendere uelit facit & cognoscet quod hucusq; ſeipſum ignorare prodit. Antea aut̄ cum ſanctis, uel melius post ſanctos doctores diximus, actus morali, uirtutū ſi in deu p̄ fide, ut debet, referant; etiam per eum qui alio-

2. Petri 1.

M. M. facit & cognoscet quod hucusq; ſeipſum ignorare prodit. Antea aut̄ cum ſanctis, uel melius post ſanctos doctores diximus, actus morali,

In Epistolam ad Ephesios. Cap. I.

CXXIII.
qui in p̄cō eft, dei dona eſſe, & ueras eſſe uirtutes. Si uero ſinē in a- lium respiciat op̄ans; ſue q̄a deoꝝ pluralitat̄ ut idolatra feruit quē admodum egit philoſophorum turbas; ſue quia ſidei uerē dono ab- utens, aut ad gloriam ut hipocr̄te respicit, aut reliquarum aliquā ſi niſtrarum habet intentionum; non uirtutes congregat qui ita ope- tur, fed ad ſuū iacturā addit̄ graviorib⁹ peccatis etiā minorā aut æ- qualia. Sed de his in p̄cedentibus ſatis dictum.

¶ Finis annotationum ſu epistolam. n. ad Corinthios

In commentarios ſup epift. ad Galathas nihil eft annotatum; quemadmodum nec in nonnullos altarum ſequentium.

ANNOTATIO

nes in cōmentarios Iacobi Fabri ſu epiftolā ad Ephesios.

¶ A doptamur a deo in filios; non quia fecerimus aliquid dignum ut filio dei inſerti doptaremur in filios; uerum potius omnia indig- Cap. I.

na fecimus ne infereremur & doptaremur.

N epiſtole ad Ephesios exordio gratias de agens apo- Confuta.
ſtoliſ dicit. Benedictus deus & pater domini noſtri Ie- ſu christi &c; paulopost ſequitur. Qui p̄ad doptamur in ſu adoptionem filiorum p̄ Ieūm christū, cuius occaſione ſibi, quae hic innotamus Iacobus ſcripit. Si autem eum ro- ḡes quando hominem deus in filium doptat; quid ſit reſponſus, non ſatis ex eius coniūcere poſſum ſermonibus. Ceterum ad prede- ſtitatiōnē ſi ille propiciat, uolens dicere: In filios doptamur, id ē p̄edictum; ne reſeat nos non doptari, quia dignum aliquid fe- cerimus. At quod adiungit, q̄ nos potius omnia indigna fecimus ne doptaremur; plane debet in tide erroneum cēſeri propter id quod de Genēſe & Malachia libris ſcribēs Romanis, citauit ap̄ſtoli, Rom. 9. dum ait: Cū enim nōdū natū eſſent, aut aliqd boni aut malū eſſent, ut ſecondū eleūionem propositum dei maneret; non ex operibus ſed ex uocante dicitum eft ei; quia major ſeruit minori, ſicut ſeipſu eft; Iacob dilexit. Eſau autem odio habuit. Per haec liquideſ; cū in iu- periōrib⁹ non ſenſe eft monstratum; iūquid conſtat p̄ definiatō nō ex ſola dei gratia p̄ dēdere, & nequaq; hominis respicere ope- Quod tamē ſi doptari, aut hoc inde traxto nomine doptatio H in

Genēſe
Mal. 1. O

Natalis Beda in Iacobi Fabri Commentarios.

neq; hoc loco dicens apostolos. Qui prædestinavit nos in adoptionē filiorū: adoptionē posuit pro prædestinatione constat. neq; ubi Romanis dixit. Accepisti spiritū adoptionis filiorū. neq; Galathis dicens. Ut adoptionē filiorū recipemus. neq; alibi in ea notione possum inuenitur. Sed adopcio in scripturis sacrīs, consentanea ad iurium humanorū loquēdi modū, dicitur gratuita ab aeterno patre nō naturaliū filiorum, sed alienorū, ut cū unigenito naturaliā aeternā participent & p̄cipiat hæreditatē dispositio & admissione: ante quā quidē admissionē nullum in ipſa hæreditate omnino ius habebat. Et hæc certe adopcio celebratur cū quilibet de irę filiorū turba, in filiorū dei transiſt confortium, & hoc est quādoquidē p̄ fidē, spei, & charitatis in ſuſionem ab originali, uel folo, ut paruuli, uel ab eo una cū adiectis actualibus, purificatur persona. Tunc enim & filius dei efficitur homo; & hæres celestis poſſeſſiois. Porro ȳtutes illæ tres diuining, ſunt unicus ſufficientiſſimus, ſed neceſſarius iuriſ in iſpsum deī regnū titulus, quē q̄cumq; moriens habuerit (certiſſima hoc fide creditum) aeterna felicitas poſſidebit gaudia. Quando igitur qui baptizatur paruuli, uiuum duntaxat curandū habet morbi, laberi uidelicet natura, id eft peccatum originali: neq; opa quaecāq; bona egerunt aut mala: ubi cōperit Iacob⁹ q̄p nos oia indigna fecim⁹ ne iſeremur & adoptaremur: cū certū ſit christianorū liberos in primis infantia diebus p̄ baptiſmi lauacrum regenerari: & eo medio christi corpori adduntur, hoc eft christo iſeruntur, & adoptantur in filios ad regnum aeternam hæreditatis plenū ius habentes: quā qdē ſi illius titulum ſeruēt in finē, indubie poſſidebit. Quæ nihilomin⁹ felicis mercedis adeptio & poſſeſſio, nō indignis certe correfpođet opib⁹ ſed (ut iſe p̄i⁹ eft in ſuperioribus deductū) iustis omnino & dignis. In paruulis etenim, folis christi meritis redditur: ipſis autē mere gratis donatur. In adulis uero: & propriis & christi reperditur. Falſo igitur omnino & diſformiter ad ſcripturas dictum eft, omnia indigna feciſſi nos, ne iſeremur et adoptaremur.

Pro. 124 Quid laudabimus: nunquid nos aut opa noſtra, aut maiorū noſtrorum, qui ab exordio mundi fuerunt, nequaq;.

Cofuta. En usquead eo laudabili & glorioli dño deo zelat Iacobus faberat quilibet creaturā laudare illicitū proſlus decernat. hoc ni mir illi uult dicēdi forma qua ait. Nequaq; laudabim⁹ eos aut opa

In Epistolam ad Ephesios. Cap. I.

CXXIII

etia majorū oīm q̄ fuerūt, quaſi dicat, peccamus si hoc facim⁹. Atiſtud Iacobi aſſertū, erroreū plane eſſe, inde cōſtat euidenter q̄ pſcripturas deus p̄cepit, ut oēs laudibus eſteramus iuſtos & eoz rufiſtū & nō ſolū fidelibus ut hoc agat iubet deus: uero & fidelibus, ut Hebræos unū colētes deū laudarēt, mādauit. In Deut. em̄ p Moysen dicitur: Laudate gentes populi eius. In Eſaiā uero, diuinæ legi p̄uaricatores decernunt, q̄aut criminatur quae ſunt digna laude, aut laudat quae ſunt merito crimināda. V̄eh̄ inq̄t Eſaias q̄ dicitur malū bonū, & bonū malū: ponentes tenebras luſe, & luſe tenebras: pōneſtes amarū in dulce, & dulce in amarū. Præterea queratur ab Iacobō (q̄ dubio procul aliter hoc in negocio ſcribit, & tam actiue q̄ paſſiuſ aliter ſeſe habet, q̄ & quoſ uult homines laudati: & nō laudat quoſcū noſſe potest eī ſcripta nō laudare, ſed uel hemeter illis indignatur) querat ab eo inq̄, iuste ne ac uere ſcriperit David dices: In dño laudabitur anima mea. Audent māſuetū & lētent. Itē. Laudabuntur oēs q̄iurant in eo (ſcilicet deo) ga obſtructū eft os loquentiū ini-qua & riſum. Laudabunt oēs recti corde. Si uere creature laudādā ſunt, ſi iuſtemō modo laudātēt nō peccant: ſed & laudat p̄ iuſtū legē merentur. Vnde & per Salomonem dominus, cōſone ad id qđ p Eſaiam dixerat. Qui (inquit) dicunt impio iuſtus es: maledicēt eis populi & detestabunt eos tribus, q̄ arguit eū: laudabūtur. & alio in loco. Laudet te alienus & nō oſt utrū extreaneus & nō labia tua, Xite rum. V̄iſ fideliſ multū laudabitur. Si autē p̄ hæc ſe nō dā lateat aberraſſe Iacob⁹, doceſ peccati eē laudare etiā patres q̄ ab exordio mū di fuerūt: q̄dat neceſſe ē deo, q̄ p alii ſapiēt uoluit dīci. Laudent uiros glorioliſ & parētes noſtriſ, & hūc exhortatiōis modū, ut ci-licet noſtri laudēt maiores, ſecutus libri eiusdē author: ex ordine pa-tres sanctos qui ab initio mundi fuerūt laudat. Ad Moysen autem perueniens ita de eo ſcribit. Dilectis deo & hominiſ Moysen, cuius memoria in benedictiōne eft, ſimiſiem eum fecit in gloria sanctorū, & paulopſt. Glorificauit eum in conſpectu regum, &c. Et alibi. V̄iſ ſapiēt implebitur benedictiōnebus: & uidentes illū laudabunt. Ex his maniſtum euadit ſcripturis eſſe cōtrariū quod Iacobus ſcriptoris ſcilicet nullā creaturā laudabilē eſſe, & pſeritū cū p Hiereniā dominus de quib⁹ ſlam dicat. Quomodo derelequerūt H̄iere, 49. ciuitatē laudabilē, urbem latitiā. Cū itaq; ciuitas de qua loquitur

Deut. 22
Ela. 5.

Pſal. 33
Pſal. 62
Pſal. 63

R.

Prou. 24

prou. 27

Eccle. 44
Eccle. 45.

Eccle. 37

Natalis Beda in Iacobi Fabri commentarios.

Eccle. 38
Eccl. 31

deus, laudabilis, eo cōsōre, foret, certū est quia iuste laudabat. Per sa-
piētē **yo**: Est, inquit, sapiens, animæ sue sapiens: & fructus sensus
iūlii laudabilis. In ecclesiā quoq; psona idem spiritus (dīs ait). Bea-
tus diuīs qui inueniunt̄ eſt sine macula, & qui poſt aurū nō abſit: nec
ſperauit in pecunia & theſauris. ſequi. Quis eſt hic? & laudabimus
eum. His aut̄ ſcripturā teſtimonijs cōgruens Aug. Quādā, inquit,
ſunt in homine laudabilia: in deo aut̄ eſte non poſſunt: ſicut pudor,
&c. En in hō modo p̄tates earūq; actus, laudabiles censet Au-
gūſt. ſed & pſcriptiō pudoris. Alibi quoq; (ceu in ſcriptiō docuim)
definit dices: Rechte uiuere & nolle laudari: quid eſt aliud q̄ inimicū
eſſe rebus humanis? & rursum. Si te recte uiuēt̄ iner quos uiuās
non laudauerint illi: illi in errore ſunt. h̄ec Augu. unde plane collig-
itur quod inde expreſſum eſt: teneri ſcīlēt nos laudare quod deo
in ſuis probat creaturis. Nō eſt iguit hoc (ſicut ſcripsit Iacobus) illi
cūlūm alioquin ecclesiā (lā) & catholica in errore tenebris cœcū-
ret: qua cum alacritate ſcīam dei matrem laudā ei dicit: Felix nāq;
eſlaſtra **yo** maria & omni laude dignissima. At hoc ſentire, q̄ ſcīlēt
hoc dīces ecclesiā delinqūtiū: ipū eſt & blaſphemū. Vt enim
prohibet deus ne quod uitupio eſt dignū laudib⁹ proſequamur di-
cēs. Nō laudes uitū in ſpecie ſua. Et rursum. Qui dereliquit legē
laudā ipū. in psalmū ait. Lauda (ingt Dauid) p̄tōr in defideriſ a-
nimæ ſue. & iniquis benedicitur. Ita & quod laude dignum eſt, ut
comēdetur omni lege, naturali, diuina, & humana iubemur.

Eccle. 10
ibidē ca. 28
pſai. 9

Pro. 125
Cap. 2

Confuta.

Cap. 5
Cap. 1

Mat. 15

Quādū aliqui deliciis & peccatis uiuunt: caput eorum uon cō-
ſtituit̄ christus.
Assertio hēc eti colorem uiderē quibusdā p̄tendere x̄titatis: vi-
tati tamen aduersa eſt. Porro christus ipſe militat̄ ecclesiā caput ē:
apostolo Ephesij dicente: Christus caput eſt ecclesiā, & Colosſen-
ſibus. Ipſe eſt caput corporis ecclesiā, q̄ eſt principium, primogenitus
ex mortuis, corpus autē ecclesiā nō ſolum iūfus, hoc eſt q̄ actu per
charitatiſ donū omni criminē uacat, in mēbris habet ſed & iniuſtos et
q̄ in p̄ctis mīſere facent, quod manifeſtuſ chris ipſe caput ecclesiā do-
cuit, b. Mattheo referēt, ubi legitur. Simile eſt regnū celorū ſage-
na mīſte in mare, & ex omni ḡne pīſciū cōgregati, quā cū impleta
eſſet, educentes, & ſecus littus fedetes, elegerunt bonos in uala ſua
malos autē foras mīſerunt. Quod quidē ybum pro ſacro doctore

In Epiftolam ad Ephesiōs. Cap. II. CXXV

ſinā ita debet accipi, q̄ in p̄nti uita ecclesiā cū bonis & malos collig-
it. boni em̄ ſoli niūquā ſunt niū in celo: malū autē nuq̄ ſunt niū in
inferno. H̄ec aut̄ ecclesiā q̄ in medio conſiſtit, utriuſq; patriæ ciues
recipiſſunt p̄ Psalmitā dī: Annunciaui & locutus ſum, multiplica-
ti ſunt ſuper numerū. Hinc ſcīmus (ipſo narrante Matthæo) quia ec-
clesię caput Chriſtū filius hominis, mittet angelos ſuos: & colligēt de
regno eius (Ecce militantē ecclesiā) oia ſcāndala & eos qui faciunt
iniquitatē, & mittet eos in caminū ignis: ibi erit fletus & ſtridor dē-
tinū. Nō enim (ut ait Gregorius) in illo regno beatitudinis, in quo
pax ſumma eſt, inueniri ſcāndala poterunt quāe colligantur. Itidem
qđ loquimur p̄ aliam liquido expreſſum dīs parabolā: ubi de bono ſe-
mine & ſuperleminatis zizaniā agit. Servi em̄ patrifamilias dicen-
tibus: Dñe nōn bonū ſemen ſeminaſti in agro tuo, id eſt, anima aut
ecclesiā. vnde ergo habet zizania? Ait dīs: Inimicus homo hoc fe-
cit, & cum ex iufiſtia zelo fideles ſerui quererent a dīo, dicentes.
Viſ inimis & colliḡ inuita ea (indigne quippe cerebant in ecclesiā ſata
pullulari uitia, ſcelera, flagitia) respondit illis. Nonne forte colligē-
tes zizania, eradicetis ſimil & tritici. ſimile utraq; creſcere uſq; ad
mefſem: & in tempore meſis dīci meſeribus, id eſt, angelis meſ in
ſtituti executoribus: Colligite prūmū zizania, & alligate ea in ſaci-
culos ad comburendū, triticum aut̄ congregate in horreſ ſuā. Ec-
ce id quod de ſagena dixerat. Elegerunt bonos in uala ſua: malos au-
tem foras mīſerunt. H̄is autē eruditus Christi verbi Augustinus,
in libro de fide ad Petruſ firmiſſime, inquit, tene & nullatenus du-
bites, areā dei eſt ecclesiā catholicā: & intra eā uſq; ad finē ſeculi mi-
xtas frumenta paleas cōtineri, i. bonos & malos. Cū iigit hēc & cō-
ſimilit̄ q̄ in ſcripturis multa ſunt, de finali iudicio accipiēda ſecundū
ecclesiā catholicā ſenſum veniat! Iudicū **yo** eos proprie cōcernit q̄
fideles exiſterint; quia, inquit dīs, qui non credit, iā iudicatus eſt.
In fide per citata relinqui certū: quia non tr̄i caput eſt christus eoz
qui in ecclesiā ſua militante per charitatiſ uitia ſunt membrauerum
quaq; & eoz qui prius uitia exiſterunt, quiſ ſint per admissa crimi-
na mortificata. Et iſtud quidē rationi omnino congruit. Nempe nō
eo ipſo q̄ fidelis baptizatus, qui, verbi cauſa, ſēpore non breui deo,
cuius unā professiō eſt religiōne, pie famulatus eſt p̄ fragilitatē, pa-
tione, aut̄ alia facinus q̄dipam admittit; christianū perdit nomen: Si

Psalm. 19.
Mat. 15

Hom. 12.
V

Mat. 15

Cap. 43. p̄te
op̄c̄, 10

Ioan. 3

X